

www.e-rara.ch

**Historia Olai Magni Gothi Archiepiscopi Vpsalensis de gentivm
septentrionalium uariis conditionibus statibusue :**

Magnus, Olaus

Basileae :, Anno M.D.LXVII [1567]

Stadtbibliothek Schaffhausen

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-146188>

Ad lectorem.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A D L E C T O R E M.

Vtilitatem huius tabulae & libelli (optime Lector) cognoscas, diuiditur illa in nouem literas alphabeticas, utpote A B C D E F G H I, ut in sequentibus apparebit.

A Sub suo ambitu & circulo Islandie insulam continet, quae duplo maior Sicilia, & insolitis naturae miraculis referta, quorum explicatione & demonstratione hic sequentibus comprehendimus. Tres enim sunt montes, in quorum summitate perpetua semperque nix duratura cernitur. In Base uero inextinguibili sulphure incenso estuant, uti Aerna Siciliae mons. Primus mons Hecla, ualde horribilis igne, fumo, & profunditate, destinatus locus (D. August. lib. 21. de Ciuit. Dei) Dei iudicio, ad tormentandum defunctorum animas. Secundus Kreus appellatur. Tercius Helga uocatur, cui uallis iungitur, in cuius ambitu plurimae & magnae lapide, tabulae erectae, quibus literae mirabiliter incise, gesta antiquorum pugilum memoriae tradentes. Fontes item diuersissimae naturae 4. continet, primus feruens, omne immixtum in saxum conuertit, priore forma manente: alter frigidissimus, tertius cereale producit liquorem, dulci potui aptus, quartus pestiferam contagionem exalat, prope hunc sulphur magna quantitate eruitur, quod uilissimo pretio uendunt, nempe M. libras decima parte ducati aurei. Duo etiam mirabilia, quorum primum ignis sua ex natura mixtus sulphure aquam depascit & consumit stuporem minimè nocens. Alterum immensa profunditas prope praedictum Heclam montem, quae inuestiganda non est, nec oculorum acies eo peruenire potest, ut loci basim illic esse dicere possit. Circa hunc locum saepius homines submersi reperiuntur, non mutato colore, uiui à plerisque aestimantur, à suis uero domum redeant, rogati, suspirijs emissis ad Heclam properandum respondent, subitoque edanescent. Corui quoque albi, falcones, picæ, ursi, uulpes & lepores albissimi, quanquam etiam nigerrimè reperiuntur. Glacies itidem miserabilè humane uocis gemitum emittit, significans in illo frigore Dei inimicos tormentari, non aliter ac in calore superius nominato. Lapidès & saxa immensa ob copiosam exalationem ita uolare ac si hominibus barda eijcerentur. Piscium copiam in ædibus & extra sub caelo uenalem exponunt. Inhabitatores enim harum partium uicium piscatura querunt, parum panis & annonae habent nisi quod aliunde aduehitur, nam multi nauis Lubecenses, Rostockienses, Sundenses, Hamburgenses & Bremenses ad eos ueniunt, redeuntque ad suos non sine magno lucro & commodo. Monti nominato Helgefelt, abbatia est, quae suos census redditusque in piscibus & incredibili copia buryi habet, & sale conditum capsis longitudine 20. uel 30. pedum, latitudine 10. aut 15 altitudine 4. uel 5. includitur. Pabuli tanta latitudo ut nisi armenta astate à pascuis arceantur aruina rumpantur. Cete grandia ad instar montium, naues evertunt, nisi sono tubarum uel uacuis uasis & rotundis absterreantur. Nauis in dorsa cetorum cum insulas & terram putant anchoras rigentes sepe periclitantur: hic piscis huius regionibus Trolual nominatur. Naues mercatoriae sese ob portuum & lucri commoditatem bombardis destruunt, nam praeses non quid in mari fiat, sed quae in terra accidunt curat. Insignia Noruegiae sunt, sub quo regno Islandia comprehenditur. Vnus clypeum insigniorum piscem habet erectum in altitudinem cui impositus est corona, & à mercatoribus ualde ueneratur, dignusque aurea illa corona uehementia et asperitas uenti est in his locis. Tempia & alia aedificia ovisibus piscium edificata, quae Criptoporticus appellantur. Notandum praeterea sub terra propter algorem, sicut olim Africani ob aestum incolas habitare, equites ob leuissimas quandoque causas ad prelium commouentur. Musica his oris in pretio est, & musici optime tractantur, nam eorum operam ad piscaturam & aucupium utuntur. In magnis illis glaciibus quae octo mensibus non dissoluuntur, & circa ripam sunt alborum ursium habitaculum, & piscibus sustentantur. Homunciones in Grunlandia cum Gigante congregiuntur, homines etsi statura parui, magnanimi & audaces, non opportunitate

tem negligunt. In cōfinibus Islandiæ & Grundlandiæ altissimus mons Veyfzarch cognominatus, in cuius altitudine horologium solare plumbo incisum à duobus pyratīs, quorum uni Pinnigt, alteri Pothorit nomen, ut arcerent omnes nautas à Grundlandiæ portu. Climata, gradus, paralleli & horæ quid denotent, unusquisq; studiosus lector, longitudinem, latitudinem terræ ex his percipere poterit, quamuis maiores regiones compendiose descripserim: attamen neminem futurum existimo, qui hunc nostrum laborem reprehendet, nisi ipse prius simile quid & magis elaboratum emittat. Multi enim hæcenus ingeniosi & docti uiri hunc laborem susceperunt & tentarunt, ignari autem regionum, spe suscepti laboris frustrati sunt.

B Primò comprehendit duas insulas, Finmarchiā & Noruegiam. Partē Grundlandiæ subiectā habet, ubi multæ naues onerariæ tempestatibus obrutæ submerguntur, nautæ ibi expertissimi qui scorteis nauibus in omnem casum, securis utuntur eisdemq; naues aduenarum adoriuntur & submergunt. Monstra enim duo marina maxima, unum dentibus truculentum, alterum cornibus & uisu flammeo horrendum, cuius oculi circumferentia 16. uel 20. pedū mensuram continet, caput eius quadrangulare & barba longa, posterior pars parua uidetur. Balenæ onustas naues sepius cum se extra mare eleuant, submergere solēt. Serpens ducentorum pedum nauem amplam inuoluens inuadit, & in profundum trahit. Rosmarus belua marina elephantis proceritate, rupes ascendit & gramē depascit, dentibusq; saxi suspensus dormit, & sic comprehenditur. Laqueis uinculisq; circumdatur. quomodo autem & quibus artibus, alio libro descripsi. Fluxus & refluxus maris sepe naues absorbit, non secus ac si esset Scylla Charibdisq;. Prope hunc locum Hegelandia est, nobilium habitatio, inq; horum finibus nundinæ piscium habentur, extruunturq; moles ædium instar. Deficientibus lignis piscium ossibus focum fouent, cibosq; ad illum coquunt. Animalia Suetica lingua Ierf, Germanis gulones dicta, propter insatiabilem gulam, inter arbores stringendo uentrem exonerāt, subitoq; ad cibum recurrūt, ob pellis pulchritudinem à uenatoribus iaculis occiduntur, nobilioribus & principibus ad uestitum uendūtur, ipsi etiam uestibus indutis quandoq; naturam animalis assumunt. Piscator glaciem malleo percutiens, subiectum piscem obstupescit & capit. Extrahuntur quoq; equis pisces. Alpium domini Rangiferos gregatim alunt 400. aut 500. curribus applicantur, & equos uelocissimos in niuib; superant. Dæmonia assumptis corporibus seruiunt hominibus in stabulis, non secus ac in fodinis auri, argenti, cupri & ferri. Regnabāt magis ante ueram Christianam religionem, quam hodie soleant. Rangiferorum grex domesticatus, lac ad domesticum usum præbens. Mineræ auri & argenti habent. Inhabitatores autem aurum in hac regione abscondere solent, ne ab auaris præsidibus ab agris suis pellantur, sicuti in multis regnis fieri dicitur. Nota deinde homines in Finmarchiā uenationi intentos, & mulieres alligatis pedibus lignis, quibus tanta uelocitate procedunt & currunt, ut bestias & fera animalia cornibus arripiant prosternantq;.

C Sub hac litera tres insignes regiones reperiūtur Scricfinnia, Biarmia & Lapponia, in prima syluestres homines nocturno tempore nautas infestantes die nusquam inueniuntur: speluncis enim & latebris suis latent, nautarum aduersus eos remedium, ut incensis lignis magnum excitent ignem, quem summopere timent, & fugiunt. Idolatræ quicquid mane summo oculis obuersatur, siue astra sint, siue luna uel sol: alij rubeum panniculum hasta leuatum pro numine adorant & hisce idolis captorum animalium aut piscium ossa offerunt. Starchaterus pugil Sueticus tota Europa olim nominatissimus duas lapideas tabulas habet astantes, quibus Gothicis literis acta & gesta complectuntur. Ad pedes Starchateri animal magnitudine lupi Grymklau propter assiduam iram nominatum. Insula 30. milliariū in longitud. & latitud. Polo arctico subiecta.

Vltra quam directorium nauticum bossolo dictū uires amittit: propterea quòd illa

AD LECTOREM.

Illa insula plena est magnetum. Sequitur deinde Oceanus Scythicus, & attingit Moscovitarum oras, in qua & arces & ciuitates reperiuntur, aerq; placidior quam in Noruegia: sed ibi magna est infecuritas ob temeritatem prædonum Moscouicæ.

Aquila grandis detracta leporis pelle oua sua inuoluit, eoq; feruente calore pulli educuntur. Lacus albus maximus, in quo sunt pisces & aues innumerae diuersarum specierum, magisq; usui sunt Moscouitis quam Sueticis. Moscouitæ enim in agendis rebus sunt astutissimi, obq; suam astutiam sæpius puniuntur, præcipue cum monetam falsam regioni afferunt. Ritus nuptiarum apud idolatras ignis citlice supra capita per propinquos nubentium excussus. Incolæ nō loquendo nec numismate rerum mutationes agunt, sed nutu. Spernunt pecuniam (ita ut ipsi mihi retulerunt) propterea quod multi ea falluntur, & multa oriantur ex ea infortunia & aduersitates. Pugna duorum potentissimorum Regum, quorum Tengillus Scricfinnorum suis rangiferis & militibus in pandis trabibus supra niuem currentibus, & arcibus alterum in equis Argrinium Helsingorū cum suis peditibus superat. Finmarchienses non solum aperto Marte pugnāt, sed etiam maleficis artibus hostes superare nituntur: parati tamen sunt latis iaculis, in pandis trabibus 20. uel 30. millaria per spacium unius diei currunt. Rangiferi super niuem rhedam uel currum trahunt 30. millaria uno die. In mari Bothnico piscatio phocarum, super crustas glaciales salmonum, luciorum incredibilis copia. Sylua 80. milliarum Landsrucke appellata, in ea marduri, zobellini, hermelini, Pirolī uarij castrorū ingens uis, genera trium luporum. Ciuri trabe aquam transnāt, & cauda pro uelo utuntur. Moscouitici mercatores nauiculas inter lacus pro rerum cōmutationibus habendis trahunt. Nauis fabricantur & loco clauorum ē ferro, clauibus Rangiferorum ex ossibus confectis conglutinantur. Propterea autem quod Moscouitæ ad fabricandas naues excursions faciunt, ideo equites stipendiarij ne similia perpetrare possint, sedulo curant.

D Ostendit insulam & diocœsim Farensem, cuius incolæ ictophagi, cete grandia tempestatibus appulsa dissecāt, & inter se partiuntur, currucq; oneratum abducunt. Illic præsidii regionis dantur capita coruorum pro tributo in signum occisæ noxiæ auis, quæ agnos & oues occidit. Circa introitum harum insularum rupes excelsa eminet, quam nauē præsidarium monachū appellant. opportunissimum contra tempestates remedium. Monstrum marinū horribile Ziphius phocam deglubens. Aliud innominatum & terribile monstrum, & insidiosum in ea reperitur. In hac parte est insula Tile, quæ ab alijs Ilandia: sed Procopius magnā insulam Scandianam sub hoc nomine Tile complexus est, ignorantia quadā ductus. Inhabitat hanc insulam Dominus Orcadum, possidetq; duas insignes arces, ac incolas 30000. sub sua iurisdictione habet qui uix cum alijs quicunq; essent statum & fortunam commutarent. Hetlandia insula, quæ aqua ubiq; separatur unā cum episcopatu fertilissima est, & pulcherrimas mulieres habet. Orcades insule 33. quæ olim regni titulum habebant, & præcipua Pomona aut Selandia dicitur: in ea episcopatus, & antiquorū Regum sepultura. Nortuegica lingua utuntur, ad significandum ipsos regno subiectos, ut aliæ multæ circumiacentes insule.

Anates ex arborum fructibus natæ, copiasq; coralli. Monstrum marinum porco simile, quem anno M. D. XXXVII. uidimus. Balena monstrum, ab alijs Orka dictum, à Nortuegis Spriagual, propter agilitatem, acutum & altū dorsum habens. Cancrī magni, Humeri dicti, natantem uirum enecant. Hebridas insulæ aut Meuanides uersus Irlandiam, numero 40. regno Noruegiæ antiquitus subiectæ. Pisiris uel Phisseder ingens monstrum marinum ē capite in naues magnam copiam aquæ eijcit, sæpius submergit. Ambra à nautis colligitur, pro re medica conseruatur.

Monstra mirabilia Noruegici maris recensere uix possibile: profunditas enim aquæ causa multorum monstrorum, ut & in sequentibus apparebit.

E Continet

E Continet amplissimæ Scandianæ insulæ situm, ex qua olim potentissimi populi in uniuersum orbem prodierunt, cuius mentionem Plin. lib. 4. cap. 13. facit, Inquiens alterum mundum sub hac ampla insula contineri. Procopius sub Tile nomine eam complectitur, illamq; claris describit uerbis, dicitq; hanc regionem decies maiorem Britannia, & decem diuersas regiones, multa regna, & numerosum populū habere. Insignia regni Suetiæ coronæ tres in cæruleo campo. Olim duas uirgines se inuicē complectentes. Noruegiæ insignia leo securi armatus. Profunditas maris inscrutabilis ē rupe multis funibus appenso plumbo quæritur. Rotundi circuli plumbo onusti, retinent naues locoq; anchoræ sunt. Hic locorū montes sunt, quorum altissimus Hornilla Buck, hoc est, ueterum dominorum montes. Incolæ uarias cantilenas in honorem & de his montibus cantant. Monstrū Rhinocerotō simile, deuorat gambarum 12. pedum, qui Humer appellatur. Tabulæ in modum scutorum hominum equorumq; pedibus suffiguntur, ne in niuib; submergantur. Rangiteri maiores ceruis pecudum more à pastoribus ad pascua ducuntur, & lac ad usum quotidianum præbent. Non procul altissimus mons est Schula appellatus, ad mare litus, penes quem horribilis stridor aquæ ē foraminibus exeuntis & redeuntis auditur. Lince in sylua, cætos syluestres, & alia animalia deuorant. Sepius tamen in foueis luporum capiuntur. Alces congregantur contra lupos montanos, qui eos deuorarent. Sed quæcunq; pars succumbit in pugna, à uenatoribus occiditur, qui eis insidias struunt. Hic duæ altissimæ turres uel pyramides, uel eximia saxa, in campo sunt, ad denotandum olim pugiles hisce in locis multa prælia commisisse. Helsingosq; uiros fortes, prudentes, & in agendis negotijs astutos fuisse, & his tēporibus esse. Ferri mineras, cupri, argenti optimi copiam habet. Non procul à Trondem Noruegiæ Archiepiscopali ecclesia & urbe lacus est, qui contra reliquorum consuetudinem nunquam congelatur. Vermes marini 30. aut 40. pedū longitudine nihil nocent, nisi irritati fuerint. Hic etiam sita est magna Noruegiæ Bergem ciuitas, ualde opportuno loco ad negotiationem, mercatorumq; emporio apta. Montes Doffrefiel Suetiam & Noruegiam discernunt. Habet Suetia duplo plus terræ, regionum, hominū, & aliarum rerum. Propter concordiam fœdera q; semper immunes, & liberi ab exteris inimicis, & ob diuitias plurimis odio sunt.

F Contigit sæpe mare congelatum sustinere grauissimos currus, & in latere eodem tempore peruium iter præbere nauigantibus, qui cum curribus de uelocitate contendant. Onagri siue Alces domesticati curribus & uehiculis per niuem & glaciem in Suetiam trahunt. Sed in Gothia prohibitum est, ne per uelocissimum cursum proditio in regione fiat. Pastores pecudes tuentur à morfu serpentum. Phasiani siue galli syluestres ad plures menses sine cibo sub niue latitant, interdū ab aucupibus capiuntur. Aliæ aues niuales candidissimæ, iustæ magnitudinis nunquam nisi profunda hyeme comparentes. In regione Karelien fluius niger immensæ profunditatis, pisces nigros omnes sed saporosos alit. In eo flumine inexpugnabilis arx, aduersus Moscouitarum eruptiones, uocaturq; Neuus schlofs, uel S. Olofi burgum, in medio arcis & terræ pons est super aquas natans, magnis catenis ferreis affixa, bisq; in die demittitur. In flumine prope burgum aliquando instrumenta musicalia audiuntur, qui auditus mortē alicuius inhabitatorum arcis præfigere solet. Apud Vuiburgenses in antris, siue specub. cū aliquod uiuens immissum fuerit subito eruptio intollerabilis soni. Cum hoc audiunt incolæ, fugiunt in subterranea loca, ibiq; se abscondunt. Castorum domus media in terra, media in aqua, & quomodo ligna ad structuram conducunt. Onocrotalus auis magna ut anser, repleto aquis gutture maximum sonum emittit. Luter animal domatur ad piscandum, & pisces coco porrigendum, sed propter rapacem naturam minus ad hunc usum instruitur. In hac regione Tauesten. & Finnenses sunt subtilissimi ad fundendas bombardas. Præterea Finlandia, in Suder & Nortfin

AD LECTOREM.

Nortſlandiam diuiditur, & ante multa ſecula regnum fuit, aquas, riuos & dulces cum piſciū copia & margaritis habet, ſicut & in Suetia & Gothia reperiuntur. Hominiū quoq; in ea multitudo: mulieres enim ſunt ſœcundiſſimę. Homines miſſis ſubtus pedes oſſibus immenſum pelagus cōgelatum uelociſſimē percurrunt. Vaſa conuiualia pulcherrima ē radicibus arborū facta Koſa dicta. Sicuti enim ſunt ſubriles ingenio, ita ſunt gulones ebrietati dediti: quantitatem enim ceruiſię & panis habent, peregrinos hoſpites gratis ſuſcipiunt, equosq; ad iter ſi poſtulauerint mutuo dant. Suetici equites hyeme glaciali, æſtate nauali contra Moſcouitas prælio pugnant. Cauſa belli, quod hi ſub Græcis, illi Latinis ſunt.

G Partem regnorum Anglię atq; Scotię demonſtrat. In Scotia multi terribiles ignes in foraminibus ſulphure reperiuntur (ut ante de Islandia dictum) adeo ut animalia & homines ſæpius pereant. Notandum præterea, quod una pars Hollādię præcipuē Amſterdamum, quorū domicilia uentis & tempeſtatibus mouentur. Cauſa huius, quoniam terra luſoſa nec fixa, & edificiſcia fulcris & lignis ſuſtinentur, alioquin magnis ſumptibus ē lapide domus ædificarētur. Differentia Gothiſcorum, Italiſcorum & Germaniſcorum milliariū, hæc eſt, 40. mill. Italica faciunt 10. Germanica, & horū 15. Gothica 10. conficiunt. Non tamen ſemper una longitudine, uti Solinus de Perſis inquit cap. 66. quia nihil incertiſ, quā meſuratio milliari. Quod autem de longitudine terrę hic ſignatur, prudens Lector facile intelligit: quidam enim ab inſula Irlandia uel inſulis Fortunatis longitud. meſurant.

H Duo antiqua regna Friſiæ, unū homines ſuperbos, equos generoſos ad bellum aptos alit. Danię alterum, multis inſulis diuiſum, cuius hiſtoricus Saxo Grāmaticus paruū eum & anguſtum terrarum orbē uocat. Habet innumeram ſobolē humanam. Ciuitates Vandalicę potentes & magnificę ad littora maris. Quorum portus perpetuo igne luſtrantur, ne incauti nauis hyberno tempore periclitentur. Mare congelatur, hoſpitia extruuntur, ut cōmodē pedites & equites ſe recipiant, quemadmodū Alb. Crantzius oſtendit. Succinū collectio in littore Prutenico, à qua inhabitatoribus utilitas & commodum. Ciuitas Gedauēſis regia ad omne genus negociationum apta, à fortunatis & honeſtis ciuibus inhabitatur, ſuntq; beneuoli erga exteros. Clementia piſciū, qui Rocka Gothicē & Raya Italiç uocantur. nam ſubmerſum hominem ne à beluis marinis deuoretur, cōſeruant & tuentur. Adiacēt antiquę regiones leder, Liſter & Vuick appellatę, olim regnum fuit, iam uerò regni Nortuegię membrum, Nortuegosq; à regno Gothię ſeparant, hoc tamen modo ut regiones Daal & Vuermelandinſe ualdē in Nortuegiā extendant. Hic in Gothia fluuius eſt, cuius longitudo 24. milliari. & latitudo 10. ab incolis Vunter dictus, in quem 24. maximi fluuij exonerātur. Eius exitus in Trolhettā fluuium eſt, qui ob terribilem ſonum, Diabolus ſonorus uocatur, piſcibus abundat, & inde ad mare translabendo Veſtrogothiſcorum regionem prope arcem munitam Elſzburg tendit, quę in Heſſingia ſub regibus Suetiæ & Gothiæ iacet. Regnum Gothiæ, prima Gothorum patria diuiditur in Oſtrogothiā, Veſtrogothiā, Smalandiam, & multas alias regiones & inſulas. Gotlandia ſub Gothia inſula 18. milliari in longit. & 8. in latitud. Olim in hac fuit locus Vuisbi, mercatoribus uilis propter emporium celeberrimū in toto orbe terrarum, hodie ius maritimum petitur. Ignis in littoralibus montibus tempore hoſtili accenduntur cum procul hoſtiū naues conſpiciuntur, hoc ſigno incolę moniti arma ſumunt.

Stocholmia regia ciuitas in Suetia, aquis, arte & natura munitiſſima, propter ciuium diuitias diutiſſime bella ſuſtinet. Hyemali tempore glaciem aggerum loco comportare ſolent, aquam ſuperinfundunt, & ita congelatur, ut nulla uis bombardarum penetrare poſſit.

Naues prægrandes ad naualem pugnam undiq; magnis bombardis circumſeptæ, ex quibus cruſtæ 500. uariis incluſæ emittuntur, & hoc factum eſſe in recenti memoria habemus. Suetici uiri ideo ad bellū aptiſſimi, quoniā profunda hyeme in caſtris

AD LECTOREM.

in castris armati uersari non detractantur, et quo durior hyems, tanto fortius inimicis obuiantur, quod fusius alibi data occasione declarabo: interea tamen Nortlandis edicto publico interdictum, ne arma cuiuscunque sint generis ferant, propter suam iracundiam & animi ferocitatem.

I Hæc postrema litera Liunionæ terram habet sub ordine Beatæ Virginis Teutonorum, qui tuentur Christianam religionem contra Russianos & Moscouitas. Curetur terra, in quorum littore continua hominum naufragia & minima afflictis consolatio. Non procul hinc Oslia cathedralis ecclesia magnis redditibus diues multas magnas & militum numero munitas arces habet. Prope ripam Hollandi altissimam turrim ad euitanda pericula nauigantium ædificauerunt, quam S. Ioannis templum appellarunt. E regione trans mare in Finlandia pulcherrimus est portus Hange nuncupatus, multis insignibus clarorum & uetustissimorum uirorum ornatus, lignum sanè ibi aliquando plurimos conuenisse homines. Samogethia à Gothorum incolatu appellata D. Lituania magnus ducatus regi Poloniæ subiectus. Vrus tantæ fortitudinis, ut hominem armatum unâ cum equo cornibus eleuat & prostermit. Fluuius Depenau, qui multiplicis ramî speciem habet, oritur in Moscouia & ad Liuonicum mare unus ramus tendit, alter prope Rigam archiepiscopalem ciuitatē Euxinum mare petit, tertius Caspium, semper sibi noua nomina à regionibus & populis assumit. Vrsus mel arboribus eruentes claua ferrea appensa repellit. Vrsi in foueas mellis cadunt, ibique suffocantur.

Mulæ naues hic conficiuntur, quæ in Vuislau & Gedanum per multa flumina uehuntur. Deinde in Galliam, Hispaniam & Angliam perueniunt. In hac sylua multum colligitur picis & cinerum ad utilitatem mercatorum. Lituani idolatræ numina uaria colebant, utpote alij serpentes, alij focum uel ignem, aliqui syluas, nunc uerò ueram & Christianam religionem fatentur.

Quandoquidem (optime Lector) hæc declarationes Septentrionalium regionum præmitto, & fortè propter compendiosam instituti rationem minus intelligi poterunt, animi mei intentionis est, prolixius maiori uolumine, causis & rationibus omnium adductis, totum negotium declarare, si acceptam hanc nostram operam pluribus quam in descriptione usus sum, intelligam, multa quæ maiora & mirabiliora, quæ in frigidissimis illis terrarum locis & aquis sunt, quæ ipse maiori ex parte expertus & præsens uidi, declarabo atque ostendam. Præterea Reuerendiss. D. Ioan. Mag. Gothus Archiepisc. Vpsalens. in Suetia historiam Regum Septentr. et quicquid bellorum, motuum antiquitus et nouiter fuit, exactè descripsit, in qua mira, lectoribus autem plurima utilissima referuntur, & breui in lucem me datum spero. Vale. Hæc omnia sequenti uolumine continentur.

Olai Magni Archiepisc. Vpsal. Insigne.



Nihil est simul inuentum & perfectum.

PARALLELS 58
Cub longi: 8 ft. m. 63.46

Mefit. 5.

Clima: 18

PARALLELS 57.

Longi 2. m. 63.46

Mefit. 4.

MARE GLACI
OCCIDENS. ALF.

ORIENS. S.

Mefit. 3.

PARALL: 56.

Valis mli:
47 5 22

PARALL: 55.

PARALL: 54.

PARALL: 53.

PARALL: 52.

PARALL: 51.

PARALL: 50.

PARALL: 49.

PARALL: 48.

PARALL: 47.

PARALL: 46.

PARALL: 45.

PARALL: 44.

PARALL: 43.

PARALL: 42.

PARALL: 41.

PARALL: 40.

PARALL: 39.

PARALL: 38.

PARALL: 37.

PARALL: 36.

PARALL: 35.

PARALL: 34.

PARALL: 33.

PARALL: 32.

PARALL: 31.

PARALL: 30.

PARALL: 29.

PARALL: 28.

PARALL: 27.

PARALL: 26.

PARALL: 25.

PARALL: 24.

PARALL: 23.

PARALL: 22.

PARALL: 21.

PARALL: 20.

PARALL: 19.

PARALL: 18.

PARALL: 17.

PARALL: 16.

PARALL: 15.

PARALL: 14.

PARALL: 13.

PARALL: 12.

PARALL: 11.

PARALL: 10.

PARALL: 9.

PARALL: 8.

PARALL: 7.

PARALL: 6.

PARALL: 5.

PARALL: 4.

PARALL: 3.

PARALL: 2.

PARALL: 1.

PARALL: 0.

PARALL: -1.

PARALL: -2.

PARALL: -3.

PARALL: -4.

PARALL: -5.

PARALL: -6.

PARALL: -7.

PARALL: -8.

PARALL: -9.

PARALL: -10.

PARALL: -11.

PARALL: -12.

PARALL: -13.

PARALL: -14.

PARALL: -15.

PARALL: -16.

PARALL: -17.

PARALL: -18.

PARALL: -19.

PARALL: -20.

PARALL: -21.

PARALL: -22.

PARALL: -23.

PARALL: -24.

PARALL: -25.

PARALL: -26.

PARALL: -27.

PARALL: -28.

PARALL: -29.

PARALL: -30.

PARALL: -31.

PARALL: -32.

PARALL: -33.

PARALL: -34.

PARALL: -35.

PARALL: -36.

PARALL: -37.

PARALL: -38.

PARALL: -39.

PARALL: -40.

PARALL: -41.

PARALL: -42.

PARALL: -43.

PARALL: -44.

PARALL: -45.

PARALL: -46.

PARALL: -47.

PARALL: -48.

PARALL: -49.

PARALL: -50.

PARALL: -51.

PARALL: -52.

PARALL: -53.

PARALL: -54.

PARALL: -55.

PARALL: -56.

PARALL: -57.

PARALL: -58.

PARALL: -59.

PARALL: -60.

PARALL: -61.

PARALL: -62.

PARALL: -63.

PARALL: -64.

PARALL: -65.

PARALL: -66.

PARALL: -67.

PARALL: -68.

PARALL: -69.

PARALL: -70.

PARALL: -71.

PARALL: -72.

PARALL: -73.

PARALL: -74.

PARALL: -75.

PARALL: -76.

PARALL: -77.

PARALL: -78.

PARALL: -79.

PARALL: -80.

PARALL: -81.

PARALL: -82.

PARALL: -83.

PARALL: -84.

PARALL: -85.

PARALL: -86.

PARALL: -87.

PARALL: -88.

PARALL: -89.

PARALL: -90.

PARALL: -91.

PARALL: -92.

PARALL: -93.

PARALL: -94.

PARALL: -95.

PARALL: -96.

PARALL: -97.

PARALL: -98.

PARALL: -99.

PARALL: -100.

PARALL: -101.

PARALL: -102.

PARALL: -103.

PARALL: -104.

PARALL: -105.

PARALL: -106.

PARALL: -107.

PARALL: -108.

PARALL: -109.

PARALL: -110.

PARALL: -111.

PARALL: -112.

PARALL: -113.

PARALL: -114.

PARALL: -115.

PARALL: -116.

PARALL: -117.

PARALL: -118.

PARALL: -119.

PARALL: -120.

PARALL: -121.

PARALL: -122.

PARALL: -123.

PARALL: -124.

PARALL: -125.

PARALL: -126.

PARALL: -127.

PARALL: -128.

PARALL: -129.

PARALL: -130.

PARALL: -131.

PARALL: -132.

PARALL: -133.

PARALL: -134.

PARALL: -135.

PARALL: -136.

PARALL: -137.

PARALL: -138.

PARALL: -139.

PARALL: -140.

PARALL: -141.

PARALL: -142.

PARALL: -143.

PARALL: -144.

PARALL: -145.

PARALL: -146.

PARALL: -147.

PARALL: -148.

PARALL: -149.

PARALL: -150.

PARALL: -151.

PARALL: -152.

PARALL: -153.

PARALL: -154.

PARALL: -155.

PARALL: -156.

PARALL: -157.

PARALL: -158.

PARALL: -159.

PARALL: -160.

PARALL: -161.

PARALL: -162.

PARALL: -163.

PARALL: -164.

PARALL: -165.

PARALL: -166.

PARALL: -167.

PARALL: -168.

PARALL: -169.

PARALL: -170.

PARALL: -171.

PARALL: -172.

PARALL: -173.

PARALL: -174.

PARALL: -175.

PARALL: -176.

PARALL: -177.

PARALL: -178.

PARALL: -179.

PARALL: -180.

PARALL: -181.

PARALL: -182.

PARALL: -183.

PARALL: -184.

PARALL: -185.

PARALL: -186.

PARALL: -187.

PARALL: -188.

PARALL: -189.

PARALL: -190.

PARALL: -191.

PARALL: -192.

PARALL: -193.

PARALL: -194.

PARALL: -195.

PARALL: -196.

PARALL: -197.

PARALL: -198.

PARALL: -199.

PARALL: -200.

PARALL: -201.

PARALL: -202.

PARALL: -203.

PARALL: -204.

PARALL: -205.

PARALL: -206.

PARALL: -207.

PARALL: -208.

PARALL: -209.

PARALL: -210.

PARALL: -211.

PARALL: -212.

PARALL: -213.

PARALL: -214.

PARALL: -215.

PARALL: -216.

PARALL: -217.

PARALL: -218.

PARALL: -219.

PARALL: -220.

PARALL: -221.

PARALL: -222.

PARALL: -223.

PARALL: -224.

PARALL: -225.

PARALL: -226.

PARALL: -227.

PARALL: -228.

PARALL: -229.

PARALL: -230.

PARALL: -231.

PARALL: -232.

PARALL: -233.

PARALL: -234.

PARALL: -235.

PARALL: -236.

PARALL: -237.

PARALL: -238.

PARALL: -239.

PARALL: -240.

PARALL: -241.

PARALL: -242.

PARALL: -243.

PARALL: -244.

PARALL: -245.

PARALL: -246.

PARALL: -247.

PARALL: -248.

PARALL: -249.

PARALL: -250.

PARALL: -251.

PARALL: -252.

PARALL: -253.

PARALL: -254.

PARALL: -255.